



135

Id est precepta di cotidie. quantum ipsius auxiliante gratia ualeamus adimplere. studemus. fidem rectam iugiter in corde nostro renouemus. quia sine uera fide nemo modo potest placere. Quomodo enim uere credit. qui bonum quidem intellegit. sed opera adimplere contempnit. Et malum quod ducere debuit. perpetrare non formidat. fides enim sine operibus mortua est. Ad iuncta autem bona opera fidei. uitam promerentur aeternam. Prestante domino nostro ihesu christo. qui uiuit & regnat cum deo patre & spiritu sancto in secula seculorum amen.

**N** diebus illis. Vidi ciuitatem sanctam hierusalem nouam descendente de caelo ad deum paratam sicut sponsam ornata uiro suo. &c.

ciuitatem plene domini dedicationem. quotiescumque solem in ueneratione colimus fratres karissimi. oportet nos diligenter ac sollicitate cogitare. ut caste & sobrie nos ad eadem festa. cum sanctis & deo placitis operibus praeparemus. quia totum hoc quod in manu factis aedificis uenerat & colitur. omne hoc in nobis spiritali constructione perficitur. Non enim mentitus est ille qui dixit. Templum enim dei secundum est. quod est in uos. Quibus meritis. nisi per gratiam dei meruimus fieri templum dei. Unde & praefatus iohannes apostolus lectio recitata. replicat dicens.

Vidi ciuitatem sanctam hierusalem descendente de caelo ad deum paratam sicut sponsam ornata uiro suo. Sancta haec ecclesia uult intellegi spiritalis. Id est sanctorum fidelium animas in sancta ecclesia congregatas. quae sponsae christi esse dicuntur. Propter decorum castitatis. & sanctissimam uirtutem. quibus sancta ecclesia necesse est sit adornata. quia nisi peccatitate. & continentia. seu dum per se ipsum studium bone operationis. cum fide recta & caritate perfecta impossibile est. quaequam placere deo. uel sancti spiritus habitaculum fieri posse promereri. Unde sequitur.

Ecce tabernaculum dei cum hominibus. & habitabit cum eis. & ipse populus